Superbi Regis caput, restinguam fumantia Im-
perij mei busta, tuo, aut posterorum cruore
quid barbari mucronis intentas furias? en iugu-
lum Ayana, en suge Sanguinem quem sitisti, et
dudum in ciuium meorum funeribus ferox libasti,
quid ceſsas aude vel semel humanus eſse in tru-
cidando dolorem nostrum: vis tuæ barbariē inuē?
en pectus nudo, quid Sedecia ligatum times? aude in
inermis saltem pectore eſse fortis, ferro ò Im-
perator, ferro properantis ad vindictam animæ viã
pande, ego enim cum hunc Sanguinem liberaliter
tuis furijs propinauero, imò et animã effudero, ego
iacenti Patriæ gladium præbebo quo barbara tua
ceruice euulsa iniurias suas fortiter vindicet,
ego è solio te præcipitabo, vt in procumbente tuo
cadauere, libertatis pristinæ infelix Judæa iaci-
at fundamenta, audient Coelituum iræ miseri
preces, et tot Sanguinis riuos fundes, quot tuo-
rum nobis fuisti causa: Sed quid loquor? aut
vbi sum? miser Sedecia, tunc te sapere dece-
bat, cum liber adhuc, Rex mori, vel tuo ferro
poteras nunc captiuus quid agis? nec morte, cuius

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 342v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/342v)